



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Agenda S. Coloniensis Ecclesiae. Hoc Est: Liber Pastoralis

Ferdinand <Köln, Erzbischof>

Coloniae Agrippinae, 1614

Modus introducendi Sponsam in templum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39761

**MODVS INTRODVCENDI
Sponsam in templum.**

VI viget consuetudo introducēdi in templum sponsam venientem cum amicis ad Ecclesiam, vt solenniter cum sponso benedicatur ac coniugatur, eam decenter obseruare conuenit.

Itaque sponsa in templi porticu seu ingressu consistente aderit maturè Sacerdos indutus amictu albo & stola, aquam benedictam secum habens, & sequentem Psalmum cum oratione super eam dicet:

BEati omnes qui timent Dominum, qui ambulat in vijs eius. Psal. 127.

Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit.

Vxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ.

Filij tui sicut nouellæ oliuarum in circuitu mensæ tuæ.

Ecce sic benedicetur homo, qui timet Dominum.

Benedicat tibi Dominus ex Sion, vt videas bona Ierusalem omnibus diebus vitæ tuæ.

Vt videas filios filiorum tuorum, & pacem super Israel.

Gloria Patri, &c. Sicut erat in &c Amen.

Y

Si

Si sponsa sit prouectioris ætatis, vt p̄oles non speretur
omisso præcedente legatur Psalmus 124.

Qui confidunt in Domino, sicut mons Sion
non commouebitur in æternum, qui ha-
bitat in Hierusalem.

Montes in circuitu eius, & Dominus in circui-
tu populi sui ex hoc nũc & vsq; in sæculum.

Quia non derelinquet Dominus virgam pec-
catorum super fortem iustorum, at non ex-
tendant ad iniquitatem manus suas.

Benefac Domine bonis, & rectis corde.

Declinantes autem in obligationes adducet
Dominus cum operantibus iniquitatem,
pax super Israel.

Gloria Patri, &c. Sicut erat in principio, &c.
Amen.

Kyrie eleison. **C**hriste eleison. **K**yrie eleison.
Pater nost. &c. **E**t ne, &c. **S**ed libera, &c. **A**mẽ.

Vers. Domine saluam fac ancillam tuam.

Resp. Deus meus sperantem in te.

Vers. Mitte ei auxilium de sancto.

Resp. Et de Sion tuere eam.

Vers. Esto ei Domine turris fortitudinis.

Resp. A facie inimici.

Vers. Domine virtutum conuerte nos.

Resp. Et ostende faciem tuam, & salui erimus.

Vers.

Verf. Domine exaudi orationem meam.

Resp. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus

OMnipotens sempiterne Deus, qui vnumquemque fidelem custodis, benedictione **✠** digneris hanc famulam tuam quæ ante fores Ecclesiæ consistit, oratorij ingressum petitura, vt ad tuæ benedictionis domum possit intrare, atque in honore tui nominis perseuerare, ita, vt sincera à labe criminum vtriusque boni commoditatem mereatur conseruare te auxiliante, per Iesum Christum Filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitatē Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum, Amen.

Post hæc aspergat sponsam aqua benedicta, quæ ad locum seu scamnum in templo sibi paratum eunte, ipse sacrû peracturus ad altare procedat.

ORDO CELEBRANDI SO-
lenniter Matrimonium.

I.



Voniam matrimonium quod conciliat Ecclesia, oblatio sacra confirmat, desponsati coniuges loco honesto collocati deuotè Missam audient.

*Vertull lib.
i. ad vxorē.*

II. Deo pijs precibus Matrimonium suum commendant.
Y 2 bunt.